Kuchenbecker, Johann Philipp [Editor]: Analecta Hassiaca: darinnen allerhand zur hess. Historie, Jurisprudentz u. Litteratur behörige Urkunden, Abhandlungen u. Nachrichten mitgetheilet werden
9.1735 Seite 182



parte dicti Hermanni *Militis*, nostri patris, susceperat, quibus modo idem Conradus cum suis filiis & veris heredibus integraliter renunciavit, prefato *Conrado de Elbene*, *Alheydi*, sue Conthorali, *Thiderico*, *Conrado* & *Hemerado* filiis eorundem & veris ipsorum heredibus damus & dedimus cum omni utilitate & proventibus nostram quartam partem judicii in . . . . & que ad eandem partem judicii scilicet ex . . . . dinoscuntur pertinere, cum omnibus aliis nostris bonis, tam in . . . . , quam in . . . . . sitis, videlicet silvis, rubetis, agris, campis cultis sive incultis cum universis aliis pertinentiis & obventionibus, que ex ipsis haberi potuerint justo titulo proprietatis perpetuo possidenda. Et quidquid juris in premissis habuimus, illi voluntarie penitus renuntiamus, exceptis duntaxat duobus maldris duplicis Annone, scilicet siliginis & avene in . . . . . & illis bonis, que adhuc *Conradus de Gensingenn*, quam dudum vivit, possidet cum quibusdam aliis annualibus redditibus, qui nobis videlicet *Henrico* & *Hermanno* predictis fratribus *de Wulfershausenn* postmodum provenire potuerint, prout in nostris & eorum litteris datis vicissim & conscriptis plenius continetur. Et quia propria sigilla non habemus in omnium premissorum memoriam & robur perpetuum presentem litteram sepe

dictis

https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/analecta_hassiaca1735/0200
© Universitätsbibliothek Heidelberg